dicant super predictis videlicet modum habiliorem et minus grauatem ipsos grecos
ad inueniendum vnde posset haberi tanta pecunia que loco dicte angarie
solui mahone posset et tantum minus quantum id de quo mahonenses dic[illegible]
substinere volunt et se offerunt videlicet usque in perperis sexcentis quolibet anno
siue per impositiones cabellarum nouarum imponendarum siue per additiones aliquas
fiendas cabellis et comerchiis dudum in chio collectis siue alia per quemcumque
modum magis habiliorem et minoris grauitatis ipsorum et de quo magis forent
contenti. Qui in greco respondiderunt et michi dixerunt [illegible] colloquutos
per magnum spatium respondentes primo gratias deo et magnifico domino nostro duci eiusque consilio
totique comunitati Janue ac dominis mahonensibus chyi agentes quod circa eorum comodum
vigilantes perquirunt et conatur tantum bonum opus et pium operari

tantas gratias eis facere nec non talem et tota gravitatem ipsorum gevorum ab eis tollere et abolere. Quod cum decimo colligantur aliqui introitus sive commerchii, prout est commerchium bestiarum minutarum existentium super insula Chii pro quo colligitur pro qualibet bestia denarius unus, quod in ipso commerchio adderetur denarius unus pro qualibet bestia et sic solverentur tres denarii pro qualibet bestia. Item est aliud commerchium quod ponderariam facit septam sive sit fictis sive sit modicum solvit denarius unus pro quolibet pondere, quod in ipso commerchio ubi solvitur denarius unus solveretur karatus unus pro singulo pondere. Item est aliud commerchium censarie grecorum pro quo solvitur medium pro centenario, quod in ipso adderetur una quarta. Item solveretur iis utile in pomi unius commerchium super bestiis que interficiuntur in macellis videlicet pro qualibet castrono solveretur karatus unus, pro qualibet bove giliatus unus et pro qualibet feo capra ove et aliis bestiis minutis solverentur denarii tres. Et in quantum pecunia que exiret ex commerchiis predictis addictis vel novis imponendis non sufficeret loco dicte angarie quod imponatur super quolibet homine capite domus sive foco totius insule yperperum duo pro qualibet et qualibet anno aquorum solucio nemo foret francus exceptis masticariis et marmariis galivaco laborantibus tabulas et pice super quibus tabulariis et facientibus pice est unum commerchium quos propter duos forent grati soluere annuati conpositiones commerchiorum super additionibus aliorum commerchiorum de quibus supra dixerunt dum tamen a dicta angaria et a custodia nocturna insule libararentur.

7 Subscripte convocatis et coram me hiis ex burgensibus latinis melioribus et prudentioribus civitatis et burgorum Chii numero triginta tamen quibus plus veritatis intentione et affectione bonis quas dictis prefatus dominus dux eiusque consilium et cor habuit gerunt et habent erga ipsos burgenses et omnes incolas et insulanos dicte insule nec non tenciorum bonam quam movit dominos chabonenses Chii ad perquirendum abolere agravamentum dicte angarie cum ipsorum chabonensium dispendio et dano quod pendet a parte substinere se offerunt et iis burgensibus Chii narrato tenore dicte supplicationis et rescripti ducales super ea factis ab eis requirens de eorum intentione, voluntate et consilio quod ipsi vel aliqui latini de predictis in aliquo ledi non debeant quod volunt ea de predictis bene pussifeci plus gratias deo et magnifico domino nostro domino duci eiusque consilio ac toti comunitati agentes nec non et dominis chabonensibus Chii quod dignati sunt de tali et tanto bono opere respicere insulanos et gevoos insule Chii in perquirendo tollere dictam angariam quod erit cum de supplicationis dicte

insule et destructionis ipsius & tollendo ea erit causa app^oms et refflandi ipsam insulam, michi
reddere quod omnibus consideratis et pensatis utilius foret quod imponerentur super quolibet
homine greco totius insule Chii quolibet anno yperperi duo et quod nemo a tali impositione foret
immunis exceptis masticariis marmarariis galee Mahone et illis qui faciunt tabulas et
qui faciunt picem que super ipsis facientibus tabulas et picem est consuetum et semper fuit
et quod angaria ipsorum que colligebatur aboleri deberet et cassari. Et quoniam dicti yperperi duo
non suffitiarent pro uno damni inde Mahonenses substinerent, igitur rogant dominos
Mahonenses quod de hoc vellint et dignentur esse contenti, quia ipsi burgenses sperant in dubio
quod istud talle damnum quod de dicta angaria substinebunt, accidet eis ad quemdam per circuitum
temporum quando sperant quod sublecta angaria per modum predictum talem et sic appopulabitur
insula quod eorum comunerchia multo plus in futurum vendentur. Et quia a paucis annis
citra nonnulli uno bene quam plures homines greci burgorum et insule Chii mediantibus
marmarariis fuerunt facti franchi asserentes se esse infirmos et alii asserentes se
esse septuagenarios, et alii asserentes se pati morbum caducum, quod minime vero
fuit, ut hec sunt publica et notoria inter grecos, nec aliter ipsi dicere sciverunt
videtur bonum quod aliquis grecus cuiuscumque conditionis existat non sit francus ab impositione
et solucione dictorum yperperorum duorum pro quolibet et singulo anno, exceptis masticariis
marmarariis, tabulariis et pegarariis, de quibus superdictum est. Et predicta omnia dicti
burgenses latini de uno in omnium interrogati se concordarunt, sed ultra tenus quare
predictis ipsorum burgensium latinorum, quos bene tangit salus et utile grecorum insule Chii

8 Subsequenter missi nuncios pro omnibus codespotis appanomerie insule Chii, ut coram
me accederent, cum duobus ex melioribus hominibus pro codespotia pro quolibet ipsorum et
hiis coram me codespotis duodecim cum duobus hominibus cuiuslibet codespotarie
quibus predictis recitata intentione et bona voluntate prefacti domini Ducis et ut supra
aliis sunt narrati et ex eorum humili gratiarum actione intellecta inclinatis capitibus
usque ad terram ac manibus elevatis ad celos auditis que eis exposui super abolitione
dicte angarie gratias reddiderunt et dixerunt unanimiter et concorditer de voluntate
omnium gravaminum aliorum suorum totius appanomerie quod contentantur et pro
gratia ingenti habebunt quod unusquisque homo cuiuscumque conditionis existat totius
insule Chii solvat duos yperperos quolibet anno loco dicte angarie pro qua solvebant yperperi
sex pro quolibet annuatim quam aboleri dignentur domini Mahonenses, licet de hoc
damnum eisdem magnum substinerant ipsi Mahonenses attamen pro tanto bono

tantaque pono sub levatione grecorum et insulanorum chii dicuntur talle damnum pati
et quod a solucione dictorum yperperorum duorum aliqua persona cuiuscumque condicionis sit non debeat
esse immunis exceptis marmarijs galee masone et masticariis et tabullariis et piscatoribus
omnes ceteri ut solvant et hec interpetrante Nicolao de Pappalo interpetre communis et
curie chii.

His ut omnibus primo intellectis ut possim et valeam omnino informatione debita super predictis
necessaria M.co d. Duci et consilijs referare ut per hec valeant melius disponere
in predictis salubriter quod fundum feci fieri sequella omnium hominum grecorum totius
insule chii et non computatis masticariis et illis qui masticam laborant nec marmarijs
galee masone qui sunt numero marmarii CL. nec facientibus tabulas et piscatoribus qui sunt numero
sexaginta duo reperitur esse homines M. dccc xxx. computatis in his septuagenarijs
et infirmis habentibus infrascripta franchisie angarie predicte et computatis aliquibus hominibus
de folia nova dudum in chio habitantibus qui dicunt se et heredes suos francos esse debere
ab omni angaria et qui dicuntur franchi fuere et computatis aliquibus ex iuris et mancipijs
factis liberis habentibus apodixias adamatione chii franchisii ab angaria de quibus hominibus
m dccc xxx diminuitur homines centum triginta septuagenarij infirmi ceci et
magagnati qui nullum filium masculum habent et sic restant homines m dcc ad solutionem
predictorum yperperorum duorum pro quolibet et singulo anno de quibus habentur yperperi iij m d cc de quolibet
anno, et de residuo usque ad quantitatem yperperorum iiij d vel quinque millia qui ex dicta angaria
percipiebantur chabonenses chii damnum supportarent et post facta explanatione et
declaratione omnes septuagenarij habentes filios masculos unum sive plures cum patribus
habentes, quicumque etatis sint obligati ad solutionem duorum yperperorum pro quolibet capite
domus pro quolibet foco, et hoc fit considerato quod istud tale beneficium cedit ad utilitatem
tatem maiorem filiorum suorum quam sit solucio dictorum duorum yperperorum annuatim in vita ipsorum
patrum qui volunt antiqui et septuagenarij rationabile parum plus vivere possunt et si dicta
angaria yperperorum sex non tolleretur perpetuo eorum filij ad solucionem dictorum yperperorum sex
remanerent obligati tamen illi qui sunt septuagenarij infirmi et defectuosi non habentes
filios masculos a solutione dictorum yperperorum excluduntur qui sunt numero c xxx etiam
non nulli immo plures ex grecis burgorum chii mediantibus marmarijs ab annis sex
citra asserentes se pati morbum caducum et sentire de rema et glacie fuerunt per potestates
facti franchi ab angaria et avaria personalibus qui nequaquam de dictis morbis sentiunt

ut est publicum et notorium tam inter grecos quam latinos qui etiam habent filios et qui ad solutionem dictorum perperorum duorum ponuntur non obstantibus franchisiis suis etiam aliqui homines de folia nova qui dudum venerunt chium habitandum et in chio ceperunt uxores et habent familias in chio qui asserunt tanquam folmarios angariam solvere non debere propter immunitates hominum de folia ad quam angariam pro eo tempore minime solvere qui etiam comprehenduntur in illis qui solvere debent dictos perperos duos quolibet anno. Item etiam sunt aliqui exenei dudum in chio habentes / et qui ceperunt uxores in chio et habentes filios et similiter aliqui sclaui facti liberi habentes apodixas franchisie ab angaria a donatione chii qui etiam comprehenduntur in predictis solvere debentibus dictos duos perperos annuatim. Quinimo quidam stipendiarii filios tamen habentes et alii facti liberi vel folarii exenei et sclaui sunt in numero ducentorum sex ita quod ipsis septuagenariis filios masculos habentibus et aliis franchis / diversis de causis quamvis non liceat in totum filios masculos habentes / computatis cum reliquis nulla excusatione ad solutionem angarie habentibus obligatis ad angariam sunt in summa super totum homines ∞.ccc. de quibus ad ratam dictorum duorum perperorum pro quolibet exhigerentur perperi ∞ vi(?) de residuo mahonenses damnum supportarent /.

10 Post que predicta vocari feci die dominico xxviii novembris proxime preteriti in ecclesia beati michaelis grecorum in burgis chii grecos ultra centum quinquaginta ex melioribus qui in ipsis burgis et in campo chii reperiuntur inter quos fuerunt summus pontifex defectuosi franchi et non franchi diversarum etatum et maneriarum quibus sic in dicta ecclesia coadunatis eis exposui sicuti deliberaveram super facto angarie, cum domino nostro domino duce et eius consiliis reffferre quod per eam quod colligere poterant omnes greci contentarentur quod dicta angaria aboleretur et quod imponerentur cuilibet capiti domus seu foco perperi duo annuatim ad quorum solutionem nemo francus esset exceptis marinariis galee, masticariis / pexariis et tabulariis, et exceptis illis septuagenariis et in firmis infra franchisiarum habentibus qui non habent filios masculos, et sic refferre intendebam chagini(?) ... perlibate. Quare si aliquod aliud in et super hoc facto dicere vel recordari vellent, quod eos audirent qui omnes capitibus in terram inclinatis, et manibus ad celos elevatis / unanimiter crediderunt laudando deum et dominum nostrum dominum ducem et commune Janue / ac istos dominos mahonenses qui contentantur et sunt contenti de abolitione dicte angarie, et de impositione dictorum duorum perperorum super quoslibet hominem francum et non francum, modo et ordine de quibus supradictum extitit, exceptis supra exceptuatis, Quo audito eos omnes in terra sedere feci in dicta ecclesia et eis dato pretio mediante

mee parte comunis et civitatis Chii. De sedendo ad levandum dicendo quemque contentus est
de predictis et nil aliud in predictis dicere vult, si. elleverit in predictis cui rei non
servant omnes credantis fiat fiat sic elleunauere et predicis stetere communo Christi reputatas
predicta ad gratiam singularissimam.

Consilia ii. et informationes supra et supra super predictis ab omnibus tam latinis quam
grecis scripta et exdmabile notata fuere per Iohannem de Compagnono notarium et
cancellarium Chii scribam que predictis omnibus semper presens extitit.

11 Et quia in commissione ducali conscripta de sumptione informationis predictorum contentorum in supplicatione scripta
supplicatione et rescripto ipsius facta et data prescriptio dominis Jacobo et mihi dicto
Nicolao. Committitur predictis et mihi cum eis quod supra dicta informatione per
ipsos et me quod etiam quod vos et mihi videbitur de predictis diffinire et ordinare
stabilire debeamus. Ergo volens ego dictus Nicolaus commissionem huiusmodi
adimplere quod solus remansi ad dictas informationes recipiendas, dico et
refero quod mihi quod omnibus predictis interfui eaque omnia audivi / videtur
utile quod dicta angaria absolvatur et removeatur penitus et quod de mandato licentia
auctoritate et consensu prefacti domini D. D. Ducis eiusque consilii mandandi et offitiorum
eorum iam imponatur et ipsam debeant perperi duo annuati soluendi pro quolibet capite
domus seu foco, aliquorum solucionem nemo exemptus sit exceptis marinariis
galearum mahone mille centum sexaginta. et omnibus masticariis et laboratoribus
mastichae et illis septuagenariis, et infirmis et habentibus franchisia franchisie qui non
habent filios masculos et exceptis laborantibus picem et tabullas super quibus
est quodam contubernium ab antiquo. Reliqui vero omnes et singuli greci totius
insule et tam franchi pro septuagenariis et pro morbis et infirmitatibus habentibus
filios masculos cum eis habitantes quam foliarum exemti et gelam liberi facti
habentes domos uxores et familias dicta insula Chii qui etiam non franchi sint
obligati ad solucionem dictorum duorum perperorum annuati pro quolibet quo facto computu
et de vos facta per me diligenti perquisitione reperti sunt homines mille octingenti
a quibus colligentur et habebuntur perperi iiij^m ad racionem de perperis 15 duobus pro
quolibet, et de residuo ad complementum eius quod rendebatur angaria dominatio
sive mahonenses Chii damnum paciantur et substineant in toto. volumus quae
dominatio quoque mahonenses in tantum pietatis bonorum hominum dicte insule moti contentatur
damnum substinere de perperis sexcentis de Chio quolibet anno et non de pluribus.

12 Preterea ut prelibata dominatio eius consilium et officium semper dictum possit pro voluntatis
libito in predictis omnibus providere si aliter quam supra scribitur videretur fore
utilius apponere in diversis distinctis commerchia subscripta que colliguntur in Chio
et etiam aliqua que nomine in pretium possent si videretur melius consilium in totum
dicta angariam dictorum pretiorum duorum imponere et aliter disponere super commerchiis
super quibus commerchiis superaddi possit dicta pecunia vel in parte, et de diminuendo
de dictis pretiis duobus aliquid utilius videretur

13 Et primo commerchium vini quod venditur ad minutum pro quo colliguntur denarii septem
pro quolibet metro vini quod metrus est quedam mensura pro taxa venditi quod commerchium
venditur quolibet anno uno cum alio computato perperos iii Dc si in dicto commerchio
superadderetur denarius unus pro ipso denario habebuntur perperi i ccc. et si duo denarii
superadderentur habebuntur pro ipsis duobus denariis perperi Dcc.

14 Item est aliud commerchium super rebus extractis quas deferunt ad portum Chii de duobus
pro quolibet centanario usque habebatur perperi iiiᶜ Dc in anno uno anno cum alio computato
et si dicto commerchio adderetur medius pro centanario habebuntur ultra
predictos perperi ccc in anno et sic pro rata habebuntur perperi Dcc si superadde-
retur unus pro centanario.

15 Item est aliud commerchium super bestiis minutis existentibus in insula Chii pro quo
solvitur denarius unus pro qualibet bestia minuta ex quo habentur annuatim
perperi Dc. si alius denarius superadderetur habebuntur totidem et de ipso commerchio
extrahuntur perperi iiiᶜ

16 Item possit imponi unum commerchium super carnibus recentibus que venduntur in macellis
Chii solvendo de quolibet castrono karatum i de quolibet bove karatos iiii de quolibet
hirco capra quarta karatos ii de quolibet porco karatos ii de quolibet agno et edo denarios ii
de quo commerchio extrahentur perperi ccc in [illegible]

17 Item est aliud commerchium super cantaria cretorum pro quo solvitur medium pro centenario usque habentur
habentur annuatim perperi c L i ccc. Si una quarta superadderetur habebuntur
pro dicta quarta perperi c. Et sic pro ratta si plus in ipso commerchio superaddetur
tantum plus habebitur pro ratta.

Ultimate vero isti domini Mahonenses Chii audientes consilia dispositionis et voluntatis
super provocatores et requisitores octavam mihi comparuerunt dicentes quod imponendo perperos
duos pro quolibet [illegible] pro ut supra ponitur exhibebuntur perperi iii Dc.

et quoque ad civitatem pporum iuri in quo habebantur singulis annis de angaria predicta pporum sex damnum substinerent de ppis [illegible] annuati, quod foret nimis grave attis expensis et gravaminibus quas substinent quod damnum sic grave substinere vel supportare nullo modo possunt seu intendunt in totum attamen [illegible] et volunt supportare et substinere de predictis damnum de ppis sexcentis de cetero anno singulo et non de pluribus.

Et propterea donatio prelibata et consilia memorata possint supaddi aliquod ex gravaminibus superductis tantum quod sufficeret usque ad concurrentem quantitatem eius de quo dicta angaria solita est vendi diminutis dictis ppis sexcentis de quibus dicti [illegible] damnum substinere attentantur.

Et illud comerchium quod nimis gravavit et quasdunque in genere est comerchium duorum pro cento quod colligitur super rebus extraneorum quae adducuntur [illegible] super quo comerchio addi possit nona quarta.

Item addi possit unus denarius super comerchio vini quod venditur ad minutum pro quo solvuntur denarii septem pro quolibet mitro vini et sic solverentur octo denarii, ex quibus superadditionibus exhibentur et recipientur tantum quod sufficeret ad predicta et eo casu [illegible] non remanerentur de predictis in damno nisi de ppis de [illegible]

Tenor vero alterius reliquae supplicationis cum rescripto sive responsione ducali ad eam facto hoc anno die XX Julii de appellationibus a sententiis potestatis [illegible] interponendis etc. cuius tenor sequitur ut infra.

Ducali vestre celsitudini et vestro bono consilio antianorum pro parte zelatorum vestrorum Francisci et Antonii de Justinianis et aliorum consortium priorum donorum [illegible] exponitur reverenter quod cum a sententiis latis per potestates [illegible] et aliis gravaminibus tam intra [illegible] et [illegible] intra [illegible] et alium Burgensem et inter quoscunque suppositos jurisdictioni potestatis [illegible] consueverit appellari ad judicem et assessorem domini potestatis famae in grave damnum et dispendium appellantium, et etiam in preiudicium personarum quae potestatis gravantur judiciis obmittentes appellare non valentes subire et ferre omnes expensas quod propterea vis [illegible] et [illegible] et sic captam eorum destituuntur juribus. Eapropter prefacti [illegible] supplicant et requirunt quatenus dignemini et providere dignemini quod a sententiis et -

grauaminibus decreto ferendis per potestatem chii possit et valeat ad successorem suum in mediatum et curiam ipsius appellari vel quicumque succumbens siue grauatus pro metu expensarum et dispendii possit libere appellare, non obstantibus aliquibus decretis statutis et ordinamentis consuetudinibus conventionibus et aliis quibuscumque. Sane intellecto quod si appellaret succumberet quod non possit postea appellare si non obtinuerit quod appellatus possit et debeat appellationem ad potestatem successorem in mediatum ipsius quam super dictam appellationem tulisset sententiam ita quod due sententie pro eodem habeant et teneant vim pro re iudicata

19 Item supplicant prefati ut dominatio vestra quatenus ordinet et disponat quod decretum ducale disponens quod quotiens veniunt intra contractos de quibus fit mentio in dicto decreto committuntur per dominum potestatem ianue duobus attinentibus pro ut et sicut in dicto decreto continetur habeat locum in chio et quod quotiens venientis in insula chii inter propinquos de quibus loquitur dictum decretum potestas chii committere possit et debeat, sic potest et debet facere dominus potestas chii tamen vigore dicti decreti .

M°ccc°LXXX°quinto die vigesima julii . r. —

20 Responsio domini d. d. Ducis et c. et consilii Antianorum ac officii provisionis est quod potestas vicarii consul caffe et potestas chii, iterum de proximo plenius et diligentius se informent de voluntate et dispositione incolarum dicte insule chii super contentis in prima parte huius supplicationis videlicet de appellationibus et rescribant quid invenerint et postea maturius poterit responderi /.

Super secunda vero parte dicte presentis supplicationis videlicet de decreto propinquorum responsio vestra est quod fiat ut petitur . .

Gotardus est utilis de Actis publicis cancellarie ducalis communis Janue

pp[lis] et Anthonius de Credentia notarius et Cancellarius :-

Et per predictos dominum Jacobum de Cambio et Elianum Centurionum meque Nicolaum factam
in capta susceptione informationis super contentis in dictis duabus supplicationibus per ipsos dominum
Jacobum et Elianum et me dictum Nicolaum. Set pro tantum tempus medio stare non possint ipsi
dominus Jacobus et Elianus, quod complementum ipsis informationibus dare potuissent propter galearum
romanie a Chio recessum, cedere michi dicto Nicolao potestati in Chio remanenti
relinquerunt executionem vices eorum super informationibus percipiendis omnium que in dictis suppli-
cationibus continentur, ut in actis appareat scriptura publica scripta manu Johannis de
Compagnono notarii hoc anno die xvi Octobris, et prout superius circa alias supplicationes
narratum fuit.

21 Igitur per me dicta supplicatione visa et lecta cum rescripto ducali ad eam facto super
requisitione de appelationibus etc. Sindicis potestatis Chii ut respondendis etc. Convocatis et
requisitis coram me triginta duobus et pluribus ex melioribus burgensibus latinis Chii,
et eisdem per me expositis contentis in dictis supplicationibus et responsione de appelationibus etc.
ab eis petito consilio et quod utilius pro burgensibus et quibuscumque aliis habitantibus et
habitatoribus insule civitatis Chii eisdem videtur, de et super contentis in dicta supplicatione
per ultra tres quartas partes ipsorum dictum informatum et responsum fuit michi,
quod considerantes expensas superfluas et interesse tam itineris quam dispendii personarum, que
fiunt per appellantes qui ad civitatem Janue eos transferre [illegible], etiam
aliarum personarum in quarum favorem dicte sententie late sunt, etiam pensato et attento quod
non nulli gravantur et damnantur indebite per sententias et alia gravamina potestatis
Chii, qui nequientes ire ad civitatem Janue, ad curiam dominorum Judicum et assessorum domini
potestatis Janue, super appellationibus deputati propter impensas maximas personarum, etiam
ipsorum dispendium et interesse illas tales sententias, illaque talia gravamina substinent
pro inde appellare desinentes in ipsorum et heredum ipsorum grande gravamen et preiudicium
et iacturam, pro quibus omnibus evitandis eisdem salubrius videtur quod a sententiis
et gravaminibus de cetero illatis seu ferendis per potestatem Chii inter quascumque suppositas
personas et submissas iurisdictioni potestatis Chii seu etiam inter Januenses et Januenses
seu etiam inter Januensem et burgensem seu etiam inter quascumque personas extraneas
quod inter se se quovis aliquam moverint in curia dicti potestatis Chii sive etiam inter
burgensium et Januensium et extraneas personas tam agendo quam defendendo, quod quando sit

a propriis de chio centum super ut vosque in dictam civitatem propriorum centum de chio possit et valeat
pro quaque persona se gravatam sentientem aqualibet sententia seu gravamine lata seu illato
alicui persone ad potestatem chii immediate successorum illius potestatis qui dictam talem sententiam
tulisset seu gravamine fecisset tali modo quod si per illum talem potestatem successorem qui
cognovisset super dicta appellatione pronuntiatum fuerit bene iudicatum fuisse per potestatem predecessorem
suum qui primo sententiam tulisset in dicta causa et male fuisse appellatum per appellantem quod eo casu
dictus talis appellans non possit ulterius appellare ymo dicte liti sit finis impositus
perpetuum silentium. Si vero per dictum potestatem ad quem fuisset appellatum pronuntiatum fuerit
et pronuntiatum bene fuisse appellatum et male fuisse iudicatum, ita quod appellans obtinuerit,
tunc liceat appellare illi in cuius favorem fuisset primo lata sententia immediate successori
illius potestatis qui super dicta appellatione cognovisset seu tulisset sententiam ita quod due sententie
pro eodem habeant et teneant vim rei iudicate, nec aliquem alium magistratum vosque
in civitatem propriorum centum de chio a sententiis vel gravaminibus factis latis seu illatis per
potestates chii contra aliquam personam cuiusque nominis nationis seu conditionis existat nisi
prout supra, non obstantibus aliquibus capitulis regulis seu decretis communis Ianue.

Et ne auditate retinendi pecunias quantitas in sententiis aliquis materiam habeat appellare, consulunt
dicunt et confirmant quod eis utile videtur, quod non obstante appellatione aliqua executio pro
solutione pecunie quantitate in illa tali sententia a qua sit appellatum non propterea retardetur ymo
fiat executio plenaria ipsius talis sententie, dicta appellatione non obstante, illa persona in cuius
favorem si actor fuerit lata erit dicta sententia in receptione quantitatis pecunie quantitate in
dicta sententia cavere teneatur idoneis fideiussoribus de restituendo eidem dictam pecunie
quantitatem cum expensis que fuerint in causa appellationis, iuxta taxationem potestatis chii et
ultra si ille talis recipiens dictam pecuniam sententie succubuerit de dando et
solvendo illi tali obtinenti in dicta questione finali decem pro quolibet centenario ex
rata propriorum quos pro tempore dicte sententie ille talis obtinens receperit et predicta observari
fieri et servari debeant non obstantibus aliquibus legibus seu capitulis aliter disponentibus.

Super sententiis et gravaminibus sive a sententiis et agravaminibus illatis seu que fiunt vel fierent
per potestatem chii presentem sive futuros transcendentibus summam propriorum centum de chio,
possit et debeant libere appellare per quoscumque se gravatos sentientes ad dominum
iudicem et assessorem domini potestatis Ianue super appellationibus deputatum prout appellationes consueverunt
tantum et non aliquem magistratum.

Secundario coram me requisivit et habitis circa numero sexaginta ex melioribus habitantibus
in burgis Chii quibus [illegible] presentia exposui predicta quam [illegible] ipsos cologo habito super
dicto facto dictarum appellationum et domini voluntus eorum intentionem exprimere [illegible]
ut diceret in singulari et etiam omnes [illegible] potatum Chii non transcendentibus
summam ypperorum centum de Chio aliquibus gravamine illato per aliquem potatum Chii alicui persone
dictam summam ypperorum centum de Chio non transcendentibus possit libere cuiusque persone
se gravata [illegible] sententie appellare ad potatum Chii tunc [illegible] successorem dicti potatis
ferentis dictam talem summam seu dictum tale gravamen inferentis / et domini in omnibus et per omnia
potestas per supradictos burgenses latinos Chii consultum et dictum fuit, [illegible] dictis suis
informationibus vel intentionibus additis vel in moratis /. [illegible] potatum Chii transcendentibus
dictas summas ypperorum centum Chii ab omnibus gravaminibus illatis per dictum potatem dictam summam transcendentibus
appellare liceat et debeat cuique et quando [illegible] more solito / ad dominum iudicem et assessorem domini
potestatis [illegible] ut et sicut predicto tempore consuetum extitit appellari / et prout domini per dictos Burgenses
[illegible] consultum et dictum [illegible].

Consilia autem et informationes predictorum omnium scripta et reddita fuere in scriptis distincte
et ordinate per Iohannem de Compagno notarium et civem Chii scribam, .

Et quoniam in commissione ducali suprascripta super summendo et habendo consilium in predictis et super
[illegible] in dicta supplicatione et eius rescripto facta prescriptis dominis Iacobo de Cambio
[illegible] Centurione et mihi dicto Nicolao [illegible] committitur eisdem et mihi et eius
[illegible] sumpta et habita informatione super predictis per ipsos et me quod etiam quod mihi vobis
videbitur distincte et ordinate scribere debeamus. Ergo volens ego dictus [illegible]
[illegible] [illegible] ad dictas informationes recipiendas de commissione huiusmodi
[illegible] consilium [illegible] ipsum [illegible] et scribere in predictis / [illegible]
[illegible] videbitur utile quoniam facto appellationis interponendarum a sententiis potatum Chii [illegible]
[illegible] fiat [illegible] pro ut distincte et ordinate scribitur et prout in ipsa supplicatione
etiam continetur. Altissimus omnium gratiarum dirigat mentes [illegible] prefacti ducalis
[illegible] consilii [illegible] et officii provisionis [illegible] in predictis et omnibus
aliis utiliter, et salubriter disponendas /.

Extractum est [illegible] de Actis [illegible] Chii videlicet
de cartulario [illegible] manu [illegible]
civis Chii

[illegible] Iohannes de compagnono notarius
et civis Chii [illegible]

MCCCCLXXXXVI° die XIIII^a Marcij.

Illustris et ex.^mus d. d. Antoniotus Adurnus dei gratia Januen. Dux et populi defensor, in pntia consilio consueti et deliberatioi sui consilij dnor octo Antianor, et offi octo offatuz puisionis coïs Janue. et ipm gsluz et offm puisionis in sufficientibus et legiptis nnis ggregata in pntia auctoritate et decreto pfati ex.^mi d Ducis. Et quor Antianor qui intfuere nomina sunt hec vz

[illegible] Nicolaus de Mauro prior	Gerolomus lecavella
d. Gregorius de guisulfis legum doctor	Batista Giustus de Voult°
Raphael de Aurea q Accelini	Goffredus Lomelinus
Iacob de conforto	Batista de Zoalio
Leonardus Iustinianus	Antonius de Alegro q nto
Angelus Ceba	Dexerinus de Guiso
Batista Ricius	Batista de Roca notar et
Tomas Spinulla	Antonellus rubeus de Celanexi
Iulianus de castro q Guslandi./.	

Nomina u° dictor offatiu puisionis qui oes intfuere sunt hec vz

d. Petrus de ultramarinis legum doctor	Johannes Tivernus
Gregorius squarsaficus	Daniel de mari
Luchinus de Bonavey	Clemens de promentorio
Enricus de Camilla	Antonius de Castanea,

Visa supscripta relatione clausa et sigilata solempniter eis transmissa per supscriptum d. Nicolau potates chy et ipsor comissariu i hac parte intellectisq diligenter omnibz et singulis q gtinentur i ea et sup ipis hito i ter eos examie et deliberatioe matura Ecce pro i [illegible] totius insule et universali bono tam mahonensiu et incollar ipius insule q oes concessere deliberaverunt statuere et decreverunt q cassatis prius et irotatis annullatis pptis sex pauctis q oct° angarie annuatim solvebantur pro quolibet possint p potatem et mahonses

gubnatoris imponi ppi duo cuilibet homini greco tocius insule chij annuati soluendi dictis
gubnatoribus seu dnationi chij sslicet pro quolibet capiti domus seu p quolibet foco
tocius insule adquorum solucionem tenebantur tam franchi p septuagenarijs et pro morbis
infirmitatibus q hnt filios masculos etatis annorum a decem et septem supra habiles ad
lucrandum et cum patribus hitantes quam foliarum / excusus et olim solam facti liberi
hntes domos uxores seu familias dudum in insula supradicta. Itaque de nunc uolumus nunc
sit absolucione dictorum pperorum duorum exemptus, exceptis maxmarijs galee chabone
mo centum sexaginta et omnibus masticarijs et laborantibus mastica atque alijs picem
et tabullas laborantibus supra quibus ut in dicta relatione pmittitur est impositum
gmerchium ab antiquo, preterea possit p supradictos potates et gubnatores impon
seu superaddi quarta vna gmerchio duorum pro centanario quod colligitur de
rebus extraneorum q apportantur in chium. Ita q vbi colligebantur duo tantum
p centenario colligantur de cetero duo et quarta. Et pmitte denarius vnus
possit superaddi p quolibet metro vini quod venditur ad minutum, ita q de ce-
tero vbi soliti sunt colligi denarij septem p metro/deinceps colligi possint octo /.
Quigidem ppi duo annuati vobis soluendi pro quolibet capite seu foco / atque
additiones vnius quarte supra rebus extraneorum, et vnius denarij supra metro vini
ad minutum vendendi / nec non pp sex centum de chio / quos dicti chabonenses
ad minutum vendendi / nec non pp sex centum de chio, quos dicti chabonenses
de damno ipsi supportare annis singulis pmittunt grati succedant et sint ac
esse et successisse intelligantur. loco dictorum pperorum sex q p angaria
hactenus soluebantur /.

Sup appomnibus auctis gaudent ipi dictus d. Dux, Consilium et officium pmissionis gratis
et fruetur in omnibus et p omnia put et sicut in dicta relatione supius scripti
est, remota tn, et cassata prorsus illa clausula que de pena decem pro
centenario loquitur. Nam licet interdum succubat appellans, tamen appellasse
potuit forsam recte /.

Majori iiii. dec. nov.

Fuerunt transumpte et exemplate sunt conscripte vellano.
et deliberato. In fratribus decem carcis pgamenorum.
vero de carcerum dimersorum negociorum anni de m cccclxxix.
sexto. existente in cancellaria Regia Cons Jaume.

Rex
Dns Jaume

Anthis de Credencia notis
cancellerie

Rellactio facta vobis ill. et mag. d. d. Regio Janue gubernatori etc. Et
consilio dominorum Antianorum, per Egregium nobilem et disertos viros dominos
Gregorium de Marsupinis de aretio legum doctorem vicarium prefacti ill. d. d. gubernatoris,
et Inoflium de puteo notarium. Oulicum cattaneum. Cristofforum de cruce et Augustinum de
franchis prelatos communis Janue commissarios etc. super infrascriptis.

MCCCCIIIJ die XV decembris.

Deposita et presentata in presentia venerabilis consilii dominorum Antianorum clausa et
sigilata per Nicolaum de medicis de camulio notarium nomine et pro parte dictorum
commissariorum.

In nomine domini Amen. Ill. et mag. d. d. Johanni le meingre dicto Boucicquant
marescallo francie, regio locumtenenti, etc., montis ac gubernatori Janue
pro sacratissimo Rege francorum d. Janue, eos prius ac eius venerando consilio dominorum
Antianorum, Nos Gregorius de Marsupinis de aretio legum doctor, vicarius
prefacti ill. d. gubernatoris etc. Inoflius de puteo notarius prior Oulicus cattaneus
Cristofforus de cruce et Augustinus de franchis olim tretumus, prelati
communis Janue. Commissarii sive Ressiccundarii super infrascriptis. Electi per prefatos
Illustrem d. Regium gubernatorem et consilium, vigore commissionis ipsorum in actis
facte scripte manu magistri de Judicibus notarii et cancellarii hoc anno die XX.
octobris, Cuiusdam tenor et verba sunt hec, MCCCC die XX. octobris ill. d. d.
Regius gubernator Janue etc. Et consilium dominorum Antianorum in
sufficienti et legiptimo numero congregatum, et in quo consilio octo ex viginti interfuerunt
abcentibus Carmmecho Salvaygo Johanne capula de Sexto Daniele Just.
et petro de ingeco, commiserunt et auctoritate presentis committunt Egregio et
prudentibus viris dominis vicario prefacti ill. d. Regii gubernatoris etc. et
patribus communis Janue. quatenus videant et se diligenter informent, si cabelle per
potestatem et maionem clavi imposite de novo, super vino et olleo et de medio
floreno pro quolibet rauberium etc. et quas colligi in clavio faciunt etc.
per dictos potestatem et maionem ibi imponi potuerunt et si ibi possint et debeant
exigi et in quos ex acta per eos provenire debent et rudevant. Item similiter
videant et cognoscant si collectio potestatis solite nove et appalatio comoditatis
dicti loci spectant et pertinent ad commune Janue vel ad dictum potestatem et maionem;

Chii vel ad actos Mahonensium Chii tantum agere et suffragari. Exhibitum est nobis de actis
presentis cancellarie communis Janue. Et ex dominus Januensis Massarius de Judicibus notarius et cancellarius
supra dicta compositione et omnibus in ea contentis. Peticionibus lamentacionibus et querelis
coram nobis factis per Conradum Mazurrum notarium sindicum communis Janue propria coram
nobis citatum et habitum ac super predictis sepius auditu. Quodam mandato facto per
dominos Johannem Gauli et Constantinum Lercarium massarios etc. Johanni de Castiliono
burgensi Chii emptori cabelle vini racionis dimidii floreni pro qualibet vegete vini
forensis delati ad civitatem et insulam Chii et Stephano Cicandafilo emptori et
collectori dicte cabelle olei videlicet dictorum duorum pro qualibet pp valoris dicti olei
quatenus dictas cabellas de cetero non colligant nomine dictorum Mahonensium vel
pro eis sed eas colligant nomine communis Janue. Et tempore ipso cum usque ad finitum tempus
emptionis facte de dictis cabellis per eos et quod precessum dictarum cabellarum deponi
penes Laurentium Ceba et Augustinum Ususmaris cives Janue depositarios electos
per ipsos dominos massarios intus scripto manu Juliani Venerosi notarii MCCCCLIII
die XVIII Julii. Visa prima conventione sive instrumento prime conventionis insule Chii
facte et inite inter commune Janue ex una parte et Mahonenses Chii ex alia
scripto seu rogato manu quondam Petri de Roza notarii MCCCXLVII die XXVI februarii et
exemplato ac in publicam formam redacto manu Guidoti de Bracellis notarii et specialiter
capitulo sive articulo inscripto in dicto instrumento prime conventionis contento et scripto, cuius tenor
et verba sunt hec. Item quod proprietas et dominium utile et directum dicte
insule Chii territorii folie nove et veteris sint et esse intelligantur et pertineat
et pertinere intelligantur ad dictos patronos et participes dicte armate cum omnibus
redditibus introitibus proventibus obvencionibus et emolumentis quibuscumque dictorum locorum. Et
quod omnes redditus introitus et proventus obvenciones et comoda dictorum locorum et
gubernationis dictorum potestatum et aliorum rectorum colligantur et exigantur per dictos
massarios elligendos per predictos patronos seu participes dicte armate seu per dictos colle-
ctores qui ad hoc per ipsos seu pro ipsis constituti fuerint. Viso instrumento secunde conventionis
facte prius secundo inter dictum commune ex una parte et dictam Mahonam
sive dictos Mahonenses ex alia scripto manu Conradi Mazurri notarii et cancellarii
MCCCCLXII die VIII marcii et specialiter quibusdam inscriptis articulis in dicto instrumento
contentis et notatis quorum primi articuli tenor talis est: videlicet quod predicti domini Dux et
consilium nomine et vice communis Janue tam conjunctim quam divisim et omni iure modo et forma quibus
melius possunt, et ex quacumque bailia et potestate eisdem conjunctim vel divisim attributa
et omni debita solempnitate servata liberaverunt et absolverunt per aquilianam stipulacionem et

acceptatione ex inde sollempniter subsecuta per dictos procuratores Mahone Veteris
Chii sive ad cautellam mei notarii infrascriptum stipulantem et recipientem nomine et vice
dicti Mahone Veteris Chii et quorumcumque participum eiusdem et appaltatorum ac etiam
nomine et vice appaltatorum sive Mahone nove et quorumcumque participum eiusdem ab omnibus et
singulis litibus et controversiis seu questionibus que hactenus extiterunt vel alie inter commune Ianue seu per ipsum
commune ex una parte et dictam Mahonam seu procuratores ~~eiusdem vel aliquos ex ea ex altera~~
~~hactenus fuerunt sive~~ Mahone Veteris sive etiam dictos appaltatores sive Mahonam novam
vel participes eiusdem vel aliquos ex ea ex altera hactenus fuerunt mota lata sit in dicta
arbitralis sive non et ab his omnibus que in dictis scriptis vel compromissis fuerit quomodolibet agitata
vel petita adiunctata vel reservata vel quomodolibet agitari possent per dictum commune. Ita
ut illa omnia que petebantur ab eis libere et sine molestia penitus ipsos remaneant. Adiecto quod res
vel eorum occasione vel aliquibus aliis que hactenus ex dicta vel in dicta insula vel inde occasione gesta dicta
vel collecta sunt vel imposterum colligentur vigore presentis transactionis vel quocumque alio modo
non possint quomodolibet inquietari vel conveniri nec contra eos possit aliqua audientia exhiberi. Sane
intellecto in presenti capitulo pro his tantum per quibus et occasione quorum dictum commune aliquid adversus
procuratores participes et appaltatores sive petere posset vel occasione [illegible] contentos
contentum pro facto dicti communis et [illegible] sibi competentium. Alterius autem articuli [illegible] sic
sequitur. Preterea actum est in transactione presenti quod semper licitum sit [illegible] quotiens
in [illegible] et preteritum mittis ipsi Mahone Veteri et eius participibus et [illegible] [illegible] colligere
a quibuscumque personis sive colligi facere et libere habere ac legiptime omnes introitus atque condutiones
et omnia emolumenta quecumque hactenus collecta fuere per appaltatores sive conductores ab eis quecumque
sint et qualiacumque collecta sint et quecumque nunc consistant. Etiam ea omnia de quibus in dictis instrumentis
fuerat agitatum. Ita ut semper vigore presentis transactionis licite atque legiptime illis omnibus
gaudere possint et frui et inde facere ad eorum liberam voluntatem. Ita quod ex nunc habeantur
pro institutis legiptimis et liberis atque plenarie acquisitis dicte Mahone Veteri et participibus
eiusdem. Versa insuper alia quantione sive instrumento compositionis et quantionis tenoris factis et inita-
mentis dicti communis ex una parte et dictos Mahonenses sive appaltatores ex altera scripto
et composito manu de Cornaria notarii et cancellarii MCCCLXXIIII die XXI novembris et presentis
inscriptis articulis in ipsa quantione receptis scriptis et mentionatis quorum unus sic legitur.
Ita quod dominium et proprietas dictorum castrorum Chii civitatis ipsius et insule et Folie Veteris
et nove et territoriorum ipsorum locorum remaneat in ipsos emptores et eorum successores
Et sola iurisdictio et merum et mixtum imperium remaneant in commune Ianue. Et vetera usque
per spacium dicti tempori duorum millium florenorum per spacium annorum conventis et superioritatis
per spacium dicti [illegible] singulis annis in perpetuum a quibuscumque possessoribus dicte insule [illegible]. Alius articulus
singulis annis in perpetuum a quibuscumque possessoribus dicte insule [illegible].

sequitur sub his verbis. Quod potestas et castellanus Clavari soliti veteris et novi possint et
debeant quilibet habere famulos vigintiquinque pro quolibet quos voluerint ex illis qui fuerint
in dictis locis de quibus fuerint contenti qui teneantur iurare ipsis rectoribus ad ipsorum voluntatem.
Et sequitur immediate post illum articulus inscriptus. Item quod omnes fructus et reddi-
tus proventus et obventiones dicti meri et mixti imperii et omnimode iurisdictionis dictorum
locorum sint et applicentur dictis emptoribus et eorum et cuilibet eorum successoribus.
Itaque condemnationes multe et banna dictorum potestatum et aliorum quorumcumque officialium dictorum
locorum et cuiuslibet eorum colligantur et exigantur per dictos emptores seu massarios vel alios
eorum nomine et in eorum et ipsorum voluntate excepto casu predicto. Alterius autem articuli
tenor submergit in his verbis. Insuper actum extitit et conventum solempniter inter dictas
partes dictis nominibus quod dicti emptores non possint imponere vel imponi facere aliquas novas
collectas dacitas impositiones seu cabellas seu aliqua alia onera nisi illa que erant imposita
et que colligebantur et exigebantur et exigi poterant usque ad annum de MCCCCLXII
die VIII marcii. De quibus et prout facta fuit eis concessio per dominum tunc Ducem et consilium
ut continetur in quodam instrumento scripto manu Conradi Mazurri notarii dictis millo et
die, non obstantibus predictis vel aliquo predictorum. Reliqui vero articuli in dicta conventione [illegible]
et specificati annotati tenor inferius legitur sub his verbis. Castellanus vero soliti
novi eodemque potestas dicti loci, nec non potestas et castellanus soliti veteris eligantur
hoc modo. videlicet quod dicti emptores qui nunc sunt vel eorum successores vel alius vice
pro eis uterque dare debeant inscriptis domino Duci et suo consilio sex homines populares
Januen. quorum sex dominus Dux et suum consilium eligere debeant unum quem voluerint
potestatem et castellanum dicti soliti novi. Et sic fiat de potestate et castellano soliti
veteris eligendo. Et si forte dominus Dux et eius consilium vellent sibi dari alios sex
teneantur eos sibi dare inscriptis. Ex quibus primo et secundo datis dictus dominus
Dux et eius consilium eligant in castellanum quem voluerint. Super pretura quibusdam
commissionibus seu responsionibus factis duabus supplicationibus alias porrectis domino tunc Duci et
suo consilio per dictos Mahonenses et participes. Ex quibus responsis secute sunt quedam
commissiones facte tunc Jacobo de Cambio qui tunc erat potestas Petro Elliano [illegible] qui tunc
erat consul Caffe et Nicolao Fatinanti notario qui tunc fuit potestas Clavari. Ex quibus
commissionibus ab eis emanavere plures et diverse relationes informationes consilia
et responsiones tam dictorum commissariorum quam aliorum burgensium et habitatorum Clavari
sunt scripte et notate per Johannem de Compagno notarium tunc scribam curie Clavari.

Et demum quadam confirmacione approbacione rattificacione et deliberatione facte super predictis
seu aliquibus predictorum per prefactos d. tunc Ducem et consilium et officium de monte et executores de carati
diversorum negociorum Comunis Ian. anni de MCCCLXXXXVI, in quodam libro seu manuali
dictorum cartarum pergamenarum signato seu publicato manu Antonii de Credentia notarii et cancellarii
MCCCCIIII die X novembris visis nec minus quibusdam cartulariis introitus et exitus dicte
Mahone spatio annorum de MCCCLI et MCCCLVIII per que clare patet dictas cabellas seu
collectas venundi florenos per qualibet vegete vini forensis et denariorum duorum per quolibet
pro valoris seu precii olei collectas et exactas fuisse per dictos mahonenses post dictam
mahonam vel eorum nomine ante dictum annum de MCCCLXII quo anno inita et facta fuit dicta
mahona vel eorum nomine ante dictum annum de MCCCLXII. quo anno inita et facta fuit dicta
[illegible] contractu et appaltacio scripta manu dicti Conradi Mazurerii notarii, visis etiam
non nullis testibus receptis et examinatis in civitate d. potestatis Chii, per Iohannem de Burdi
notarii tunc scriba dicte curie de mandato dicti d. tunc potestatis Chii ad instanciam
dictorum Mahonensium factis super predictis pro maiori cautella et ampliatione informationibus
